









3625
A

tt

Collige triticeis medicinæ podera gram[is]
grana quater quinqz: scrupuli pro pondere pon[es]
In dragma scrupulus ter surgit multiplicatus
Si solidum quæris tres dragmas dimidiabis
Exagiu[m] solido differt in nomine solo.
Aureus exagio solido quoqz pari fidatur.
Constat sex solidis vel ter tribus ~~uncia~~ uncia
4 dragmis
Vncia pars libræ duodena quis ambigit inde
Si quæras pondus quod habet sextarius unus
librarum quinqz pondus debes mediare.
Cotila sextario differt in nomine solo
Continet eminas sextarius ut puto binas.
Vt fertur obolus semis scrupulus ẽẽ probatur
Cætera mẽsura nõ sunt tibi nomina nota
Nam quia sunt ficta sordescunt sint qz relicta
Non eris illusus si tenes quod tenet
usus

agunmly lorisa vulgo rapunge

Concottio est permutatio nu
trituræ a. bæ. (?) secundum
qualitate exibens lib 4 de
regione com 44 mediorum
concottio est in concoquentis
substantiam deductio quædam
~~est~~ eius quod cognitur p
p° opere parte 2 com 44

~~vel concottio~~ nutritio est eius quod
~~vanatum~~ est instauratio
per sex apl et lib
15 apl per ~~[illegible]~~ 4 simpl cap 9

mens videt et mens audit
reliqua, surda et cæca sunt

clematis lachrimades vinca
pervinca. sorgi plinii vulgo ~~[illegible]~~
dacgo


METHODVS COGNOSCENDI, EXTIRPANDIQVE EXCRESCENTES IN VEsicæ collo carunculas, Autore Andrea Lacuna Segouiensi, Medico Iulij tertij Pont. Max.



Illustrißimiq; & Reuerendiß. D. D. Francisci à Mendoça Card. Burgeñ.



COMPLVTI,
Ex officina Ioannis Brocarij.
1555.



CLARISSIMO VIRO DOMINO Marino Spinello, Archiatro Viceregis Neapolitani, Andreas Lacuna.

S. P. D.





Vi apud se nõnulla secreta Naturę, vel artis Medicæ, supprimunt, quibus vitam iuuare possent mortalium, grauanturq́; ea in publicam omnium commoditatẽ ędere: ij, vir Clarissime, communes, capitaléśque humani generis hostes cẽsendi sunt, vtpote homicidæ teterrimi. non secus atq; illi: qui, quum horrea magnis habeant frumenti

aceruis referta, eſurienti haud con dolecunt plebeculæ, ſed permittunt, vt in maxima charitate annonæ, conficiantur extrema fame & inopia. Nec ſcio ſanè, vtri nam horum ſint crudeliores.

Quocirca peſtilens id genus hominũ Galenus iuſtis de cauſis ſuggillans, commentario de Theriace ſic ad Pamphilianum ediſſerit.

Κομιδῆ γὰρ ἀμούσου τινὸς εἶναι δοκεῖ μοι, τὸ ἀποκρύπτεσθαί τι τῶν εἰς σωτηρίαν διαφερόντων, ὑπὲρ ἧς ἅπαντες οἱ κατὰ τὴν μητρόπολιν εὔχονται δικαίως, ἅτε δὴ κατ' ἰδίαν εὐεργετούμενοι, καὶ κοινῇ κοσμούμενοι, διὰ τῶν ὑπὲρ τῆς προνοίας τῇ πόλει πάσῃ κατασκευαζομένων κοινωφελῶν ἔργων.

Quòd ſi hac tempeſtate infelici, nulli, aut perrari, ſint Mecœnates, qui ſua liberalitate & fauore,

generosos conatus prouehant (hodie nãq;, proh dolor, lenones, moriones, parasiti, mimi, & histriões ornamenta sunt atq; delitiæ Principum) nec iuuantibus sua industria Remp. honos is habeatur, qui vel testimonio Galeni, olim hac in vrbe illis haberi erat solitus: nõ ob id tamen cessare ab instituto viri optimi debent. verùm indies pergere alacriùs, vt cunctis liquidò ostendant, se non auaritia, aut glorię ductos cupiditate, sed studio pietatis accẽsos, ac propter solam virtutem, quę omnibus illam sectantibus pollicetur præmia immortalia, nauare publicæ vtilitati suam operam.

Quum igitur ab orbe cõdito in

hæc vſque tempora innumeri penè mortalium, ob ſuppreſſam vrinam ab innatis veſicę collo caruncculis, quàm miſerrimè animã exhalarint: idq́ue vniuerſis medicis cauſam tanti mali ignorantibus, eamq́; lapillo tribuẽtibus: ac proinde ſæpe ipſos ægros perperam, & incaſſum ſecantibus: me non poſſe gratiorem oblationẽ offerre Deo ſum arbitratus, quàm ſi in cõmunem hominũ vſum, pro quorum nimirum ſalute ſanguinem ille ſuum longè pretioſiſſimũ fudit, methodum ſalutarem exterminandi hũc morbum traderem: quę à Philippo Luſitano, homine quidem Empirico, ſed primo illius inuẽtore (neq; enim quiſquã

ſuo eſt honore fraudãdus) fuit nobis haud ita pridem cõmunicata.

Nam, quum ſuperioribus annis per multi Principes viri, quos ille curandos ſuſceperat, vnà cum eo me accerſerent, vt ne quid temerè gereretur in ipſa curatione cauerem: inſtituerémq; vniuerſam victus rationem: certè neceſſum fuit, eam artem, quam veluti myſterium quoddã celabat cæteros, mihi etiam communem fieri, nec non Ornatiſſimo viro. D. Ioanni Aquilerio, Medico Põtificio, qui nobis perſæpe aſtitit.

Inter alios porrò, qui fuerunt illius ope ſeruati, Illuſtriſſimũ Principem. D. D. Fernandum à Cardona, Almirallum Neapolitanũ,

ac præterea Dominum. D. Lodouicum Carauaiallum, virũ nõ minus proprijs virtutib⁹, quã prosapia suorum maiorum, clarũ, qui post lõgos, acerbissimosq; cruciatus, disquirendæ salutis ergo, Romam se contulere, incredibili facilitate restituit, apud Illustrissimum ac Reuerẽdissimum Dominum. D. Franciscum à Mendoça, Cardinalem Burgensem, Patronum & Mecœnatem meum, multis nominibus obseruandum: cuius ædes perpetuò patent, ac xenodochij sunt vice cũctis, qui aut generis claritudine, aut aliqua virtute insigniti, sese in illas recipiunt.

Philippo in Palæstinam profecto, Didacus Diaz, pharmacopola

etiã Lusitanus, successit: qui quũ illum olim hospitio excepisset, ab eo nihil eiusmodi suspicante, clã destina obseruatione artem vtcũque didicit: qua postea, & multis alijs est auxiliatus, & sibi ipsi nomen, & opes auxit.

Quum autem ea occasiõe apud ipsum Didacum diuersaretur Ginesius Fontanus, Illustrissimi atq; Excellentissimi. D. D. Petri à Toleto Chirurgus absolutissimus, vt est laborioso ingenio, & tenaci, actutum concepit artem, conceptamq́; retinuit: quã deniq; incredibili, atq; admiranda dexteritate exercuit.

Ne itaq; inter tam paucos, doctrina tam salutaris, tamq́; necessa

ria omnibus, premeretur: placuit eam euulgare, sed illustratã præfatione atq; splendore nominis tui, Vir amplissime: vt multo maiori applausu exciperetur ab vniuersis.

Nam quemadmodum qui purpuram, holosericum, byssum, ac tapeta pretij exquisiti χρυσοπάρυφα intus habent venalia, frontispicijs officinarum consueuere fimbrias quasdam aureas appendere, ad illiciendos animos τῶν ἐμπόρων: sic vt hæ nostrę qualescunque lucubrationes eruditis multò acceptiores essent, nulla ratione alia fieri posse autumaui, quàm si patrocinio tuo communitæ emergerent: tibique vni dedicarentur, quem ob heroi-

cas iſtas, immortalesq́; tui animi dotes, prudentiam dico, continẽtiam, conſtantiam, incomparabilemq́; non in arte Pęonia tantùm, ſed in omnibus diſciplinis, ſapientiam, multijugamq́; doctrinã humanitati, fidei, ac ſummæ pietati coniunctam, cuncti hodie, & ſuſpiciunt, & admirantur.

Suſcipe itaque læta frõte hoſce quantuloſcunq; labores noſtros, ſub tutela tua prodeuntes: ingenuisq́; diſciplinis & artibus ne ceſſes patrocinari, per quas tantũ honoris, & dignitatis es conſequutus. Vale. Romę. Kalen. April. M. D. LI.



METHODVS COGNOSCENDI, EXTIRPANDIQVE EXCRESCENtes in vesicæ collo carunculas, Andrea Lacuna Segouiensi Autore.



Nter plerosq; alios affectus corporis, quibus indies torqueri solet vita mortalium, vnus gonorrhœa existit: quo detenti, aßiduo fluore seminis, cui nec voluptas, nec tentigo, nec vlla prorsus voluntas coniuncta est, infestantur.

Solet autem affectio hæc multis excitari de causis. Nam & acrimonia, & tenuitas seminis possunt in causa esse, vt

continineri intra vaſa illud non poßit: ac proinde perpetuò effluat.

Prodigioſa etiam illius abundantia, ſolet ſæpe gonorrhœam inducere. Quocirca eos maiori ex parte hoc affectu exerceri conſtat: qui quum probè curent cuticulã, indulgeantq; Cereri, & Baccho, cœlibatui ſe deuouerunt: cum Venereq; nullum prorſus commercium habent. Nam quum ij benignorum recrementorum maximam colluuiem accumulent, neceſſum haud dubiè eſt, vt ſemen ipſum redundans, aut excernatur, aut cõputreſcens intus grauißima ſymptomata inducat.

Vnde nõnullos olim grauißimos philoſophos legimus, nõ ob voluptatem, ſed vt conſulerent valetudini, indulſiſſe libidini, perinde ac ſi nulla fuiſſet ei coniugata

gata voluptas.

Imbecillitas præterea testiculorum, gignendo huic morbo plerunq; occasionẽ dedit. Qui quidem imbecilli redduntur ob intemperiem aliquam simplicem, vel compositam, ob tumores præter naturã, ob'q; omnimodam continentiam. Ignauia siquidem (vt inquit Plato) exoluit: proprij autem officij exercitatio, robur auget particulis. Quare pulchrè, mea quidem sententia, Galenus refert, cunctos suæ tempestatis Cantores, quum ne per somnium quidem vsum venereorũ admitterent, habuisse pudẽda exilia, rugosa, maximeq; flaccescentia, & collapsa: id quod neutiquam nostris accidet, qui cauent sedulò, ne in earum partium imbecillitatem simili ex occasione incidant.

Solet tameu, & ob inexhaustam libi dinẽ, accessumq́; ad putida scorta, præcipuè dum menstrua descendunt, continuus ille seminis fluor inualescere: id q̃d persæpe experiuntur ij, qui luxu, & venereis illecebris totam vitam contaminãt. Quippe nimia illa frictio, attritioque penis, quæ aßiduo ex hymenæo accidit, concitat illuc, non testiculorum modò, sed totius etiam corporis succos, vltro alioqui fluentes, vtpote iam ex immodica venere calidiores atque tenuiores effectos. Sæpenumero etiam, vbi quis vel refractariam virginem, vel aliquam matronam inexorabilem, tẽtat per vim polluere, nec potest eam expugnare, solet solui in gonorrhœam.

Longa item sub ardenti cælo equitatio, ita laxare solet arterias illas & venas,

nas,

nas, quæ iuxta renes consistunt, vt per eas succi, veluti colliquati, & fusi ad testiculos facilè delabantur.

Vnde verisimile est, per eiusmodi affectum non semper purum atq; inculpatum semen excerni: sed maiori ex parte vitiosum, acre, ac prorsus tale, vt τῆς κακοχυμίας *potius, quàm genituræ, nomen mereatur.*

Nam quî obsecro fieri potest, vt, gonorrhœa diuturna vrgente, quam vidimus aliquando tres & quatuor annos cruciare, si per eam exhauriri benignũ semen dicamus, non modò non contabescat humanum corpus (quod ex vno, alteróue concubitu voluntario, solet sæpe elanguescere, atq; labefactari) sed interdum etiam, quàm antea, multò robustius ac vegetius euadat?

Quemadmodum igitur in mulieribus, menſtruam illam colluuiem ſingulis menſibus conſtat exterminari: ſic etiã & in viris rationi eſt conſonũ, aliquando redundantia excrementa ſanguinis, quæ nec per vrinam, nec diſcuti per ſudores, aut inſenſilem tranſpirationẽ potuerunt, ad ipſos teſtes per ſeminaria vaſa confluere, ac dein ad collum veſicę, vt inde per meatum lotij excernantur.

Qua ex re non eſt ꝙ quiſpiam miretur, præſertim quum in Lotharingia & Germania nonnulli ſint viſi à nobis, qui purgationes muliebres ordinata viciſsitudine paterentur, ac lac in mamillis gignerent, viri certè in otio & mollitie alti, totáq; victus & exercitij ratiõe prorſus effœminati.

Si igitur ſemen quod per gonorrhæã

effunditur, purum sit, atq; omni ex parte inculpabile (tale enī debet esse pellucidū, lene, omnisq; alienæ qualitatis, atq; grauis odoris expers) nihil negotij facesset vrinario meatui, nisi hærens in eo cō putrescat: indicat tamen vel plenitudinem, vel imbecillitatem retentricis potētiæ, quatenus dictum est: vel conuulsionem etiam spermaticorū vasorum: quo nomine solent epileptici omneis semen, dum conuelluntur, exprimere.

Si verò non sit eiusmodi, sed infectū, contaminatumq; miscella vitiosorū succorum (cognosces enim id esse tale, quū ex odore graui & viroso, tum vel maximè ex consistentia & colore, quibus pus non probè concoctum refert) totum per quem transfluit meatum, ac præcipuè ipsum collū vesicæ, in quod pori seminarij

implantātur, primò quidem excalfacit: postea verò, acrimonia ſua erodit, pungit, ac mordaciſsimè exulcerat.

Sed neque inficiamur interim, & ab acrimonia vrinæ, & à calculis angulosis, qui vnà cum illa excernuntur, poſſe vrinarium meatum aliquando etiā exulcerari: quæ ſic tamen abſq; gonorrhœa intra colem gignuntur vlcera, & diſtinguntur facilè, & citiſsimè perſanātur.

Vlcus autem in veſicæ collo conſiſtēs, ab eo quod veſicam exercet, hoc indicio diſtingues: ꝙ vbi collum exulceratū eſt, pus veluti in vnum compactum, ipſam vrinam præcedat, dolorq́; inter meiendū longè acerbiſsimus circa partē exulceratam ſentiatur, contrà quàm in veſica vlcere obſeſſa contingit: nam neq; ita ſæuus ſentitur dolor: nec pus mingitur

ab vrina ſecretum, ſed cum illa prorſus commiſtum. Taceo veluti ſquammulas quaſdam vnà cũ vrina excerni, vbi veſica vlcere affligitur: vrinãq; ipſam reddi quàm maximè fœtidam. Iam verò, dum vrinæ meatus exulceratus eſt, colis intentus dolet, curuaturq́ue ad inferna: neque, niſi inter femora, indolenter teneri poteſt.

Porrò vlcus in veſicæ collo, aut in penis cauitate, contractũ, niſi cito, ac ſcitè curetur, in carunculas præter naturam attollitur, à quibus meatus vrinæ obſtruitur. Nam quemadmodum ex puriſſimo ſanguine caro inculpata gignitur: ſic ex ſuccis vitioſis, alluentibus, & irrigantibus vlcera, ſolet ſpongioſa quædã caro ſuccreſcere: quam in externis quidẽ corporis partibus, facilè: in abditis autẽ

atque

atque intus delitescẽtibus, ægerrimè exterminamus. Quocirca danda nobis opera est: vt, si fieri id poßit, prohibeamus eius generationem, vlcus ipsum, prius q̃ intumescat, sanantes.

Sanabimus vlcus in vrinę meatu excitatũ, si exiccarimus ipsum, cicatriceq́; obduxerimus. Atqui neutiquam licebit hoc nobis, nisi coërcuerimus priùi humores cõfluẽtes ad partes exulceratas: id quod fieri debet per contraria ijs, à quibus fuerunt in eas concitati.

Siquidẽ si illius defluxionis causa plenitudo aliqua extiterit, vacuanda est, pro natura redundantis humoris: ægerque tenui victus ratione alendus. Si succorum acrimonia, & tenuitas, incrassandi sunt, reducendiq; ad symmetriã: vt corroboranda vasa sperm . ca, si eo-

rum suspicemur aliquam imbecillitatē. Similiter si venus nimis coërcita sit, est laxanda: coercenda verò, si solutior quā rationi conueniat. Si labor simul & æstus, cōciliarunt gonorrhœam, corpus refrigerandum est, minimeq́; exercendū.

Fingamus ergo virum quempiā quadragenarium, sanguineo, biliosoq́; temperamento præditum: venosum insuper, hirsutum, veneriq́;, & improbis exercitijs deditum, correptum esse gonorrhœa, indeq́; iam contraxisse vlcus in collo vesicæ. Atq; hunc ipsum, & calculosum, &, si placet, vrinæ ardore infestatū, ineunte Vere, nobis proponamus curandum: idq́; in regione calida, & humida, maximeq́; obnoxia fluxiōibus, qualem esse hanc vrbem Romam, liquidò cōstat.

In primis aluus est ſubducenda, iniecto molli clyſtere, quod ſequitur. Re. Foliorum maluarum, violarũ, parietariæ, & lactucæ, anà M. i. Hordei mund. prunorum damaſcenorum, anà p. i. coquantur ſecundum artis præcepta in ſufficienti aquæ portione. Poſtea decocto excolato, adijcito pulpæ caßiæ, vnc. i. rhodomelitos, olei violacei, anà vnc. 2. fiatq́; clyſmus.

Aluo ſubducta, interna dextri cubiti vena, quam baſilicam vocant, tundatur: extrahãturq́; ſenæ vnciæ ſanguinis.

His, vt decet, adminiſtratis, curriculo dierum ſex, propinetur illi ſequens ſyropus, vbi primùm aurora illuxerit: neque edat, niſi exactis à potione quinque horis. Re. Syr. violacei & endiuiæ, an. vnc. 1. Aquæ hordei, vnc. 4. pul, trium

sandalorum. scrup. S.

Septima die, nisi nouilunium, pleniluniúmue id prohibeat, hauriet diluculo huiuscemodi pharmacum. R. Prun. Damasce. glycyrrhizæ rasæ, tamarind. hordei mun. an. drach. 3. quatuor sem. fr. mai. mund. anà. drach. 2. S. trium florum cord. an. p. 1. coquantur simul, atq; decocto ipso diluantur, pulpæ caßiæ recens extractæ à fistula, & diacatholicō, anà drach. 5. Syr. solutiui ex nona infusione rosarum Alexandrinarum, vnc. 5. pul. electuarij triū sand. scrup. 1. fiat potio. Cui, si æger vir princeps, aut diues sit, caßię loco, indantur mellis aerei, quā mannam vocitant, vnc. 2. Atq; hæ quidem vacuationes poterunt repeti à nobis, quoties eas ex vsu fore arbitrabimur.

Vacuatione absoluta, sumat aliquot dies mane vnciam vnam rosarum saccharo conditarum: bibatq́; insuper cyathum vnum aquæ, in qua hordeum discoctum fuerit.

Abluantur præterea crura decocto rosarum rubearum, hordei, violarum, calycumq́; papaueris. Ablutis plãtæ pedum radantur, ac rescindantur vngues.

Renes, ac tota spina, testiculique, & pudendi radix, refrigerentur sequenti smegmate, quod debet administrari actu frigidum. Re. *vnguẽti rosacei, & refrigeran Galeni, singulorum vnc. 1. olei violacei, vnc. S. pul. rosarum rob, sand. citrini, spodij, anà drach. 1. caphuræ grana. 5. misceantur accuratissimè, instillatis guttis aceti rosacei.*

Si, ne sic quidẽ coerceatur gonorrhea,

plumbeam quandam bracteam mediocris spißitudinis, ægri admouebimus lũbis, qua meatus relaxati opprimantur, atque ita, fluitãtes succos minus poßint transmittere: vel applicabimus huiuscemodi emplastrũ, vt hæreat perpetuò renibus, donec sponte ab eis decidat. Re. Boli Armenici, terræ sigillatæ, sanguinis drac. coralli rub. rosarum. rub. electri, spodij, sandali citrini, anà drach. 2. acaciæ, thuris, mastiches, anà. vnc. S. picis naualis, & colophoniæ, anà vnc. 1. S. terebinthinæ, ceræ, anà. vnc. 1. Rob myrtini, vnc. 2. conficito.

Pretium etiam operæ fuerit, vt bibãt aliquot dies cyathum vnũ seri lactis caprilli, cui permista sit vncia syropi violacei.

Quod pertinet ad remedia topica, ipsi con-

congruentia vlceri, in primis illud: aqua hordei, quæ modicum rosacei mellis receperit, per siphonem, abluendum ac detergendum est: postea verò, ad cicatricē ducendum, sequēti collyrio iniecto. Re. aquæ rosaceæ, & plātaginis, anà vnc. 4. sacchari lapidescentis, vulgo canditi appellati, vnc. 1. cerussæ, argenti spumæ, quam lithargyrum nominant, aluminis rochæ, anà. drach. 1. S. caphuræ, scrup. S. fiat collyrium. Cui quidem, si id exiccātius desyderes, poteris adijcere drachmas. 2. vnguenti Aegyptiaci.

Porrò tota victus ratio eò spectare debet, vt mediocriter alat, refrigerandoq; simul, & humectando, humorum acrimoniam retundat. Quare lupum (quod circumfertur) tenemus auribus: quū vlcus quidem, exiccantem victus rationē postulet:

postulet: illius autem causa, cõtrariam. Vtrique tamen rite satisfecerimus, vlceri quidem ipsi occurrentes per exiccãtia topica: causæ verò illius, esculẽtis, & potulentis, quæ vapida, & halituosa humiditate corpus ipsum reficiant.

Alatur itaque gallinarum atq; caponum iusculis, quæ lactucam, intibum aut cichoriũ, in coctura ipsa receperint: esitetq́; nonnihil ex ipsis carnibus.

Inchoabit autem prandium, & cœnam semper à Damascenis prunis, coctis in aqua, & saccharo, donec intabescant: dein verò, ad sorbitiones, ac postmodum ad solidiora, se accinget.

Licebit illi vti etiam phasianis, pauonibus, hædinis, ac vitulinis carnibus, adeoq́; ouis sorbilibus. Ex piscibus tantũ soleam, & mullum: cum eisq́;, si videtur

auratam

auratã, propoſito nobis ægro permitto: quòd cæteri ferè omnes aut cacochymi ſint, aut ſuperflua quadam humiditate redundent.

In menſis vltimis vtatur carnibus cydoniorum conditis ſaccharo: vel præparato ſimiliter ſemine coriani. Quorum ſi copia non detur, edat poma odorata, & dulcia, ſub cineribus cocta.

Potus ſit non vinũ, ſed hordei, ac glycyrrhizæ decoctum: vel (ſi hoc non ſatis palato arrideat) hydroſaceum, quod ex aqua, & ſaccharo, modicóq; ſucci roſarum conſtat.

Cauendũ omnino eſt à diureticis validis, quòd humores ad particulas exulceratas pelliciant: vtendúmq; in vniuerſum ijs, quæ minuant dolorem, exaſperata leniant, impetúmq; turgẽtium humo

rum

rum ſiſtant. Quare acria, ſalſa, & pipe rata omnia, prorſus circũcidenda ſunt, cum eisq; aſparagi, & cappares.

Quatuor horis poſt abſolutam cœnam, ſcilicet dum it cubitum, ſorbeat ſingulis noctibus cremorem amygdalarum dulcium, ſic præparatum. Re. *Amygdalarum dulcium à pelliculis exutarum, vnc.1. quatuor ſem. fr. mai. recentium, & mund. an. drach. 2. ſem. pap. albi, drach.1. tundantur ſimul, macerẽtúrq; glycyrrhizæ decocto: poſtea verò, cremori expreſſo, calfactóque mediocriter, ſacchari candidiſsimi vnciam vnam, ad ſaporis gratiã, adijcito, ipſumq; ſic propinato. Siquidem etiam ſi eiuſmodi ſemina nonnihil diuretica ſint, exercent tamen ſuum munus leniendo, vireisq; maximè anodynas ſortiuntur.*

Cremore

Cremore absorpto, ineatur somnus, sitq; in dextrum latus, vel in sinistrum, decubitus: quãdoquidem ei qui supinus dormit, incalescunt renes, & lumbi, cõsortijq; lege incendium atque feruorem suum genitalibus membris per communes venas communicant: vnde consentaneum est, adaugeri fluxiones.

Quum autem propositum ægrotantem, inter alia, & calculosum esse voluerim, obiecerit iam aliquis calumniator, calculosis minimè expedire refrigerantia, vt quæ multo magis calculos ipsos compingãt: sed calida, tenuissimarúmque partium diuretica, & quæ acrimonia sua possint eos comminuere.

Quàm verò sit caduca, & inanis obiectio hæc: illi facilè intelligent, qui accuratè notant, calculos quidem maiori ex

parte coaleſcere in renibus, ob illorũ ardentiſsimam caliditatem: à qua ſic peraſſantur, & aduruntur ſucci, vt ſolent lateres, ab inſigni ipſius furni calore: diſſolui autẽ à frigido, & humido, quæ à calido, & ſicco indurata fuerunt.

Quare ab ijs medicis non minus cauendum eſt, quàm à morbo ipſo, qui infeſtatis calculo renum, calidiſsima propinant medicamenta: quibus, præterquã quòd nihil præſidij adferunt, calculi occaſionem adaugent, inflammant viſcera, ac renes denique, & veſicam, exulcerant:

Diximus itaque omnia, quę videbãtur eſſe opportuna cognoſcendis, perſanandiſq; vlceribus in collo veſicæ, atq; adeò in penis meatu obortis.

Si verò vlcuſcula id genus, ꝙ neglecta,

cta, maléue tractata fuerint, in tumorẽ præter naturam excreſcant, eadem victus, & medicinæ ratio vſurpanda eſt, quam hactenus ad curãda illa tradidimus: collutionibus, & collyrijs exceptis, quæ non expediunt, donec extans caro, exeſa prorſus eſſe videatur.

Cognoſcitur autem caro in collo veſicæ, vel in alia quauis meatus vrinarij parte, extuberans, ex inſigni vrinæ difficultate, quæ quum promptè fluat vſque ad affectam particulam, adeò illic ſupprimitur vt non niſi guttatim, & cũ maximis conatibus, progrediatur. Quocirca ſic infeſtati, dum lotium conãtur reddere, coguntur ſimul aluum etiam laxare.

Celebrantibus quoq; hymenæum, in medio curſu illis genitale ſemen coerce-

tur, coercitũq;, adeò lãguidè, frigidè, ac citra voluptatẽ destillat, vt vere dicere infelices poßint, dũ incũbũt generatiõi, ludere se prorsus oleum, & operam. Fieri siquidem nequit vt gignant, qui eiusmodi carunculis infestantur.

Imò verò vbi æger minxit, & ipso etiam lotio nonnihil in collo vesicæ citra carũculam restitat: quod quidem excerni haud potest, nisi pudendi radix manu fortiter comprimatur.

Sed neq; rectà ipsum lotium excernitur, vbi meatus occupatus à caruncula est: verùm in vnã, aut alteram partem, refringitur, atq; interdum etiam diuaricatur. Nam si excrescens caro inferiorẽ canalis partem obsideat, egressa vrina, confestim sursum versus torquetur: si superiorem, deorsum tendit: sinistrorsum,

ſi regionem dextram afflixerit: vt dextrorſum, ſi ſiniſtram obſederit. Diuaricabitur porrò, ſi meatum vrinarium ſecundum latitudinem in duas cauitates increſcens caro diuiſerit.

Contingit etiam plerunq;, adeò eſſe obſtructum, & obturatũ iter vrinæ ab innata carne, vt via ſolita excerni vrina ipſa non potens, per alias partes erũpat, admirandosq́; effluxus, natura opitulante, moliatur. Noui ſiquidem plureis, qui per eam regionem, quæ ſita inter teſticulos eſt, lotium emitterent. Sũt qui illud per ſedem: ſunt qui & per inguina excernant.

Præter dicta eſt aliud, neq; id vulgare, argumentum, enatæ alicuius caruncolæ, ꝙ ſi ſpecillũ, aut cathetera (ſicenim vocant fiſtulã, qua educi vrina cõſueuit)

per vrinarium meatum inseras, penetrare ad vesicam vsq; non poßis, sed statim in offendiculum, hoc est, in tumorem ipsum, impingas: vltra quem progredi absque saltu non poteris.

Iam verò, quum ob maximam ipsius meatus angustiam ex lotio nihil exprimi poßit, aut tãtùm quod in eo est tenuissimum: rationi consentaneũ videtur, vesicam oppleri magna copia tenacium, et viscidarum superfluitatum: quæ postea cum vrina vsque ad isthmum delatæ, inibiq; hærentes, obstructionem longè maiorem faciunt.

Lapis autem in vesica delitescẽs, à caruncula innata collo discernes, quum ex tactu ipso, ꝙ poßimus illum per immissum cathera contingere, tum vel maximè ex prurigine iuxta penis radicem orta,

ta, nec non longè diuerso modo suppressionis vrinæ. Iis siquidem qui lapillo torquentur, quum liberè, copioseq; aliquando profluat vrina, repente in medio fluxu supprimitur, nimirum lapillo ipso, ex vesicæ fundo in collum illius incidente, eumq; fortiter obturante.

Quocirca, si collocetur supinus æger, ita vt crura sint sublimiora corpore, concutiaturq; multifariam, lapis à collo recedet, facileque vrina reddetur: id quod minimè carũculis infestantibus accidet.

Duplex autem curandarum excrescentium in vrinario meatu caruncularum methodus reperitur: vna quidem, violẽta, maximeq; obnoxia periculo: cuius Galenus meminit libro primo de locis paßis: vt puta si ænea fistula immissa, illas eradicemus, ita vt cum vrina ipsa,

& cruor, & carnis fragmenta excernã-tur: altera verò mitis, & facilis, discriminisq́; in se nihil continens, vtpote nõ ferri vi, sed facultate medicamentorũ progrediens: quam ignorarunt veteres, & de qua impræsentiarum sumus acturi.



Si igitur ꝓpositus à nobis haud ita pridem æger, caruunculas id genus contraxerit, præmissis dictis euacuationibus, obseruatáq́; vniuersa victus ratione, quã vlceri sanando instituimus, in primis tenero maluæ aut apij cauliculo (nam ordiendum semper est à leuioribus) inuncto prius oleo, quod amygdalæ dulces fuderunt, molliter atq; sensim vesicæ collũ tentabimus: cauentes interim, ne partibus sensu exquisitissimo præditis, magnam vim inferamus: vnde, & rigores,

&

& febres, & insignes fluores sanguinis, grauißimaq́; alia symptomata, subsequi consueuerunt.

Quòd si fortè cauliculus ipse ad caui tatem vesicæ absque magna vi penetrauerit, carunculam non vsq; adeò excreuisse, argumentum erit, ob idq́; de curatione ipsius maximam spem cõcipiemus. Si vero impingens flectatur, frangatúrue, extrahendus est, emolliendaq́;, & re laxanda ipsa intumescens caro, vt specil lis multo facilius cedat, tractabilioreq́; se exhibeat. Emollietur autem, relaxabiturq́; fomentis, collyriis, & emplastris eam ad rem destinatis.

Administretur itaque, & mane & vesperi, ante prandiũ, & cœnam, hoc fomentum quod subditur. Re. Foliorũ maluarũ. M.i. Rad. altheæ, apij, et fœniculi

an. vnc. 3. Sem. lini. cydoniorum, & fœnigræci. an. vn. 1. Florũ chamæmeli, stœcados, meliloti, pullegij, origani, ana, p. 2. caricarum pinguium, vnc. 1. S. Coquãtur omnia simul ad radicum vsq; dissolutionem: postea verò æger ita illis insideat, vt vaporem vniuersum ab eis sublatũ, facilè pudibundis excipiat, ac præcipuè ipsa colis radice. Licebit etiam, & eisdẽ floribus, radicibusq; discoctis, eas partes leniter perfricare, admouereq; ipsis spongiam decocto prædicto imbutã, ac dein compressam: quæ dum fiunt, iubeatur æger vrinam reddere.

Fomento adhibito, ille mador linteo aliquo molli abstergendus est, perfundẽdæq; partes omnes, quæ lotiũ ipsum dispensant, huiuscemodi vnguẽto. Re. Vnguenti dialtheæ, Agrippæ, œsypi, butyri

bubalini,

bubalini, an. vnc. i. Olei amygd. dul. lilij albi, & chamæmelini, an. vnc. ij. Ammoniaci, vnc. i. S. succi apij, et chamæactes, an. vnc. 3. Mucilaginis altheæ, & fœnigræci, an. vnc. 2. Feruescãt simul vsque ad cõsumptionem succorum: postea pinguitudo excolata, in vnguentũ cogatur, iniecto videlicet recẽtis ceræ momẽto. Perũctæ partes, amiciẽdæ sunt lana succida, hoc est, nõdũ purgata ab æsypo.

Intra canalem vero, inijciatur siphone iugiter collyrium huiusmodi. Re. radicum altheæ, sem. lini, & fœnigr. an. drach. ij. coquantur in tribus cyathis aquæ fluuialis, donec tertia pars absumatur. Mucilagini postea tenui excolatæ, indantur olei amygd. dul. vnc. 3.

His omnibus rite o bitis, experire rursus, an posis prædictarum herbarũ has-

tulas, per carunculas ad vesicæ vsq; vastitatem inserere. Quod quidem si ad votum succedat, breui tumorem illum discussum iri sperabis.

Vt autem à glãde ipsa pertingere ad vacuitatem vesicæ poßit, inserendus cauliculus debet esse longitudine palmi vnius, ac præterea digitorum duùm, sed transuersorum, ipsius videlicet ægrotantis. At palmũ impræsentiarũ intelligo intercapedinẽ quę à pollice, et minimo digito, maximè à se diductis, cõprehẽditur.

Si verò ne sic quidem cedat innata caro, sed renitatur, reluctetur q; cauliculis, inserenda leniter cerea candela est, ea videlicet craßitudine, quã vrinarius meatus facilè excipere poßit.

Cæterùm quia verendũ est, ne si candela intra penem frangatur (id quod maximè

ximè hyeme, ob ceræ duritiem, accidit) portio aliqua ipsius ad inania vesicæ insiliat, vnde postea vix eijci poßit: exaspereturq́; à fractura partes exulceratæ: ob id vtiq; debet illa ex forti quodam filo, ac cera, cui nonnihil resinæ terebinthinę inditum sit, conflari.

Sic itaq; præparatam, vbi absciderimus, quod solet ardere, filum, atq; ipsius retuderimus cuspidem, perungemus illã oleo dulcium amygdalarum, modiceq́; inflexam iuxta tenuiorem partem, inseremus pluries in vrinæ meatũ. Quæ quidem si vltra tumentem carnem prorupe rit (quod ex saltu, & portione ingressa cognosces) plusquàm dimidiũ totius curationis te consequutum esse, ne dubites. Quippe cãdela ipsa cõpressa, succinctaq̃ue à carũcula, veluti à neruo quodam

arctis-

arctißimo, veram ſedem illius indicabit: poſteaq; in ea ipſa parte, quæ cincta, & ſignata fuerit, emplaſtrum ſuperfluæ carni exedendæ aptum recipiens, accurati emmoti, ac linicinij, vicem præſtabit.

Quòd ſi non vna tantùm, ſed plures præter naturam carũculæ, diuerſas partes meatus vrinarij infeſtent, totidem in partibus candelam ſuccinctam eſſe comperies, quot ipſe carũculæ extiterint: impulſaq; totidem etiam ſaltus abſoluet.

Verùm enimuerò, ſi eiuſmodi cerea candela ſuperare carnem contumacem haud poßis, eiuſdem longitudinis craßitudinisq;, virgulam plumbeam conficito, eámq; tinctam oleo prædicto inſerito. Plumbum ſiquidem, præterquàm quod anodynum eſt, vlceráq; exiccandi vim poßidet, etiam quaſuis excreſcentes cãrnes

nes

nes suo pondere supprimit, constringitque, vt sidant.

Potest tamen adeò rebellis, ac refractaria esse succrescens caro, vt plumbeam etiam bastulam respuat: quocirca tũc argenteo, aureóue cathetere est vtendum. Prius tamen quàm hunc admoliamur, sæpius rem experiemur, per ea quæ hactenus fuere à nobis exposita. Siquidẽ catheteris vsus, quũ non perinde obsequatur, in illas partes longè tenerrimas incidens, solet excitare graues hæmorrhagias, & quæ medicis iuxtà, & ægrotis, maximum terrorem incutiunt.

Cæterùm si qua insignis sanguinis effusio exoriatur, sistetur facilè, per siphonem aqua plantaginis, & rosacea, quibus albumen oui permistum sit, in meatũm ipsum iniecta: admotóq; extrinse-

cus

cus peni, ac pudibundis omnibus, huiuſcemodi cataplaſmate. Re. aquæ vel ſucci plantaginis, aquæ roſaceæ, anà vnc. 4 aceti roſacei, vnc. 2. albumina ouorum numero. 2. pul. boli. Arm. ſang. drac. coralli, roſarum, myrtillorũ, cort. mali Punici, terræ ſphragitidos, anà drac. 2. Cõficito cataplaſma, ipſumq́;, vt dixi, admoueto.

Quia verò corporum curandorũ varietas maxima eſt, expedit habere catheteras complures, omni ætati, & ſexui, accommodatos: quandoquidem fœminæ interdum hiſce affectibus corripiuntur. Ad mares itaque tres: ad fœminas duo ſunt ſatis. Atque ex virilibus quidem maximus ſolet eſſe quindecim digitorũ: medius duodecim: minimus nouem. Ex muliebribus maior nouẽ: minor ſex. In-

curuos autem eos esse paulum, sed magis viriles, oportet, quòd viris magis intorqueatur collum vesicæ.

Aeger igitur, dũ tentatur, super subsellium supinus est collocandus. Chirurgus autem, à dextro illi latere aßistens, sinistra quidem manu, colem eius contineat: dextra verò, immitat fistulã in iter ipsum vrinæ: atq; vbi ad collum vesicæ peruenerit, simul cum cole fistulam inclinatam, sensim in vesicam compellat.

Solent autem chirurgi spongiam ęneo alligatam filo vsq; ad finem catheteris inserere: quam retractam, confestim vrina sequitur, vacui vitandi gratia.

Superatis ita carunculis, penetratoq; vsq; ad vesicam toto vrinario meatu, instrumẽtũ quo peractũ id opus fuerit, siue sit cãdela, siue ferula plũbea, siue deniq;

καθετὴρ

καθετῆρ, per totam dië intus est relinquendum, cogendúsq; æger sic lotium reddere, nisi nimium sit impatiens laboris. Sic namq; fiet, vt tum ab vrina, tum ab organo inserto, aquæ ductus ille quàm maximè dilatetur.

Educto post longam inibi moram cathetere, vel plumbea ferula (si eis absoluta operatio fuerit) inserenda vltimò cerea candela est, ibidémq; sinenda, donec ab ipsis carunculis cincta, veluti stigmata quędam recipiat, quæ ad medicamenti delendis illis idonei exquisitam appositionem, haud vulgariter conferent.

Extracta demum candela, inspiciendum curiosè est, qua in parte sit contusa, & compressa: nam circa eam ipsam partem est obducendum Philippi emplastrũ facultate admiranda præditum: quippe

quod partes quidem ſanas tuetur, atque conſeruat integras: eas verò quæ vnà cũ vlcere excreſcunt, abſumit abſque inſigni dolore. Eius autem deſcriptio eſt talis.

Re. *Aeruginis, auri pigmenti, chalcitidos (quam in officinis vitriolum nominant) aluminis rochæ, ſingulorũ vnc. 2. Perfuſa quàm acerrimo aceto, inter duos marmoreos, vel porphyrites lapides, ducantur accuratiſsimè, redactaq; in læuorem tenuiſsimum, exponãtur Soli Caniculari. Exiccatus pollen, rurſus aceto affuſo ducendus, ac læuigãdus eſt, Soliq; ſimiliter exponendus: id quod octo, aut nouẽ dierum curriculo facere nõ ceſſabimus, donec partium ſumma tenuitate acquiſita, omnem prorſus acrimoniam atque mordacitatem amiſerit.*

Constat namq; fortium medicamentorum ex aceto diebus pluribus contritorum, morsum quidem, & acrimoniam, obtundi: vireis autem augeri. Quæ ratio obseruatur etiam in metallicis medicamentis combustis: quamuis hæc ex ignis commercio nonnihil mordacitatis retinent: quod elota deponunt: ac proinde ablutis vtendum est, in ijs qui molli carne sunt præditi, admodumq; ad sentiendum prompti, nec non cacochymi.

Confecto puluere, accipito argẽti spumæ, quæ & lithargyros appellatur. vn. 2. olei rosacei vnc. 4. quibus per cocturã ad emplastri corpulenti consistentiam redactis, illius vncias duas permisceto, conficitoq; medicamẽ duriusculũ, vt cãdelæ vel plumbo adhærẽs, diffluere à propria sede, vel si comprimatur, non poßit.

Huius

Huius porrò emplastri compositionẽ credidit Philippus Petro Matorello, Hispano, viro certè, vt probatæ fidei, sic pharmacopolæ integerrimo: qui postea descriptionem eius integram nobis vltro communicauit, & in cuius vnius officina, quæ è regione iampridem obmutescentis Pasquilli est, medicamẽ ipsum extat curiosissimè præparatum.

Cæterùm quum variæ sint cõstitutiones atq; temperies corporum, ob idq; vnicum medicamen omnibus cõuenire nõ poßit: sed molliora quidem, sensibilioráque, mitiorem ipsius emplastri vim postulent: acriorem autem, ea quæ robustiora sunt: ob id vtique præstat semper in prõptu habere duplicem eius compositionẽ: vnam quidem, quæ longè mitißima sit, præhumidisque ac maximo sensu prædi-

ditis administretur corporibus: alteram verò, quæ acerrimã exedendi, colliquandiq́; facultatem sortiatur, qualis robustißimis constitutionibus esse solet ex vsu. Quas inuicem temperans, dum postulabit occasio, pro varietate misturæ, permultas alias medias inter ipsas conficies. Nam si parem vtriusq; portionem contẽperaueris, mediam ambarum ad æquilibrium ędes compositionem. Quòd si ex altera plus adijcias, tantum à media ad summam illam dispensatio recedet, quãta fuerit supra mediocritatem adiecta portio.

Esto igitur potentißimum medicamẽ, quo nimirum vtemur in corporibus validioribus, id quod recipit ad præparati pulueris vncias. 2. totidem ex argẽti spuma cum rosaceo in emplastri formã redacta.

dacta. Vt mitißimum, quod ex hac duplam portionem ſortiatur: prædicti videlicet pulueris vncias binas: atq; ipſius emplaſtri quaternas. At mediũ exquiſitè inter hæc erit, quod ex binis eiuſdem pulueris, ac ternis dicti emplaſtri, conflatur: quale exiſtit, quod ex ambobus vnà confuſis conficitur.

Quale autem ipſorum intrepidè poſſimus adminiſtrare, indicabit nobis, & habitudo, & ſenſibilitas ægri. Auſpicandum tamen ſemper eſt à mitiori, progrediendumq́; ad acriora, ſi ex vſu fore videantur.

Quum itaq; vlceribus in alto latitantibus corpore, non liceat nobis admoliri neq; linicinia, neq; emmota, perinde ac ſi in cute conſiſterent: ob idq́; neque emplaſtra commodè adminiſtrare: eorũ ſa-

nè emolumentum, & vsum, suggerit nobis cerea candela, vtpote in se medicamẽta excipiens, ac veluti manu ducens ad partes exulceratas.

Excauanda autem, deradendaq; modicè, ipsa candela est, circa eam partem quæ receptura est emplastrum: ne id videlicet extans, eminensq;, penetrare ad affectam sedem ob inæqualitatem non posit.

Licebit etiã nobis emplastrum ipsum plumbeæ circumponere ferulæ, si canalis angustior sit, quàm vt illũ permeare possit candela.

Sunt qui nequeuntes vsque ad vesicã traijcere, prædictum medicamen candelæ mucroni adaptant, sperantes assiduo contactu illius, tumorem præter naturã se breui demolituros. Quum autem re-

luctanti carunculæ ipsius candelæ cuspis diu hærere non posit, nihil sanè, aut perexiguũ, illi promouere mihi vidẽtur.

In summa verò curandum est, vt medicamen exquisitè adhæreat carunculę. Sic namq; fiet, vt quinis vel senis diebus paulatim absumat illam, atque in humorem quendam purulentum conuertat.

Cæterùm si dum hæc fiunt, aliquis dolor acerrimus, aut insolitus rigor, aut febris, aut deniq; aliquod aliud graue symptoma ipsum ægrum inuaserit, extrahẽda candela est, colluendusq; vrinarius meatus lacte caprillo, aut aqua rosacea, cui caphuræ nonnihil permistum sit: tamdiuq; supersedẽdum à chirurgia, donec sedata esse impedimenta illa omnia videantur.

Carunculã extirpari cognosces, quũ

ex mordicatione percepta circa exulceratam particulam, tùm ex copia effluentis puris, quo etiam, dum extrahitur, apparet tota candela imbuta. Quæ quidē si tanta facilitate inseratur, vt etiā parte craßiori penetrare vsq; ad vesicā possit, iam non extirpari modò, sed prorsus absumptam, & exterminatam esse, est indicium. Quòd si præter hęc, lotium liberè, citò, copiosè, ac recto tramite profluat, celeriterq́; genitale excernatur semen, nulla relinquitur amplius tibi ambiguitatis occasio.

Discussa, extirpataq́; illa, quæ succreuerat, carne, vlcus est abstergendum, per siphonem prolixæ fistulæ iniecto sæpius hoc collyrio quod subditur Re. *Centaureæ minoris, apij, caudæ equinæ, anà* M.S. *Hordei contusi, vnc.* I. *coquantur*

in

in libris. 2. aquæ purißimæ, donec media pars absumatur. Postea decocto excolato, rhodomelitos, vel mellis cẽtaureæ vncias binas adijcito, vtitorq́;.

Commendatur etiam vnicè ad sordida, putrescentiaq́; vrinarij meatus vlcera, collutio ex aqua per sublimationem extracta à cocchleis & fabis viridibus, cui sit inditum nonnihil mellis rosacei. Si verò tãta sordium colluuies adsit, vt vix elui poßint, adijcere leuem quandã portiunculam vnguenti Aegyptiaci erit operæ pretium.

Vlceribus iam puris redditis, inducetur cicatrix, huiuscemodi smagmate per siphonem infuso. Re. Aquæ plantaginis, & rosaceæ, anà vnc. 4. seri lactis caprilli, vnc. 2. ecrussæ drac, 6. aluminis rochæ, marmoris candidißimi, spodij, cry-

ſtalli, ſingulorũ drac. 1 S. caphurę ſcrup. 1. Arida terantur accuratiſsimè, cribróque excuſſa tenuiſsimo, humidis diligenter miſceantur.

Tota etiam victus ratio, vbi excreſcẽtes carnes exemptæ ac circumciſæ fuerit, paulatim eſt alteranda, conuertendaq́; ad paulò tenuiorẽ, atq; magis diureticam: quũ verendũ amplius nõ ſit, ne mediocri diureticorũ vſu ad veſicã humores cientes, collũ illius obſtruamus, vt pote iã abundè expeditũ, adeoq́; patentem redditum, vt trãſmittere quæuis excrementa, vel craſsiſsima, poſsit.

His itaq; documẽtis inſtructus quiuis chirurgus, infeſtãtes veſicæ collũ carũculas, & diſcernet, & facilè exterminabit, idq́; opitulãte Deo, *Opt. Max. qui vt patitur innumera penè morborũ genera*

nera quotidie in humanū genus grassari ad plectendā, cōpescendamq́; superbiā insolescentium homunculorum, sic nimirum implorantibus opem illius, solet semper ferre manus auxiliatrices.

FINIS.

Ad lectorem.

QVia in Galeni Epitome, quā ędidimus superioribus diebus, quæq́; fortè ad tuas manus ꝑuenit, Candide Lector, paucula quædam sunt, quæ ob ęditionem tumultuariam recognosci ac dedolari haud potuerūt, animus est inpræsentiarum ea restituere.

Tom.1. pag.100. lin.3. legēdum est. Quare pueris citra duodeuigesimum annum prorsus vino interdicit secundo de legibus.

Tom.2. pag.35. cap. de peponibus leges. Succum autem in corpore gignit pepo vitiosum, idque potissimum, quum cōcoctus probè non fuerit. Quo casu, choleræ morbo obnoxios consueuit reddere. Quin ètiam priusquàm cor ruptus fuerit, ad vomitum quoq; est idoneus: præcipuè si largius sumatur: &c. Quæ omnia non de peponis semine, vt videntur sensisse interpretes, sed de ipsorum veluti carne, intelligenda censeo.

Tom.3. pag.551. cap. de tumore suppurato, legēdum est. Porrò vbi discutiendi tumorem amissa spes est. &c.

Reliqua verò errata, ad calcē indicis exposuimus, quatenus restituē da essent. Vale.


Ase procurado de auer las receptas y relacion dela cura q̃ hizo particularmente maestre Phelipo inuentor della, al Almirante de Napoles, porque las receptas que le dio diffieren en algo delo que esta eneste tratado, especialmente enla recepta del vnguente que ha de comer las carnosidades que es la importancia desta cura, para que el que esto curare (cõsideradas las complexiões) aplique lo que mejor le pareciere.

LO primero que enesta cura se hizo fue xaropalle y purgalle y tener regla, y guardarse del coyto porq̃ es muy contrario, y impedimento para la cura, despues desto ordeno vnas fomentaciones la qual recepta es esta. Tomarã malüas cõ las rayzes, y branca vrsina, y rayzes

zes de maluauiſco, de cada vna dellas dos manadas, y de rayzes de apio, y de perexil, y giluauero, y eſparragos, de cada vna vna manada, y de ſimiente de lino, y de maluas, y de fenugreco, de cada vna dos onças: ſea cozido en agua haſta que el fenugreco y el lino ſean deshechos dela corteza, y deſpues tomallo han todo jũto y eſcalẽtarlo hã en vn baçin, y tomarã aq̃l baho ſẽtados, como ſi quiſieſſẽ hazer camara, por eſpacio đ media hora y ha ſe de tomar alas mañanas, y es ꝑa eſte efecto q̃ ablãdece la carnoſidad o carnoſidades. Deſpues deſto põdrãſe vn pegado debaxo delos cõpañones, la qual recepta es eſta: Tomarã vnto de gallina y de anade y de anſaron, y mãteca de vacca q̃ ſea freſca ſin ſal, de cada coſa tres onças, mas tomarã del muçilago delas rãyzes

zes

zes del maluauiſco y dla ſimiẽte del lino y del lilio, y dla malua, y dela ſimiẽte del maluauiſco, de cada coſa ſeys onças: todo ſe ha de cozer jũto haſta q̃ ſeã cõſumidas las veſcoſidades: deſpues meterã cera blanca la q̃ ſera meneſter para hazer el dicho vnguẽto: y haze eſte efecto q̃ es ablandeſcer y morificar la carnoſidad o carnoſidades. y deſpues deſto tomarã vnas brãcas de peregil, y adelgazarlas hã para metellas por la verga vntadas con azeyte de almendras dulces. y eſto ſe ha de hazer dos o tres dias. y deſpues poſaran cãdelas de cera blãca hechas con vn poco de tremẽtina, porque no hagã quebrajos, y vntadas conel meſmo azeyte, y con las dichas candelas procuraran de paſſar las carnoſidades poco a poco, cada dia ganãdo tierra, haſta que paſſe

vn

vn palmo de ſu medida, o no ſe ſi algo mas. y eneſta cura a cabo de diez dias las vuo paſſadas. ha ſe de entẽder que eſtas candelas las mete ala mañana, y quando no ſon paſſadas las carnoſidades mete lo que puede, doblãdo lo que ſobra della encima del miembro, y ponelle vna vendilla encima para que ſe ſuſtenga, de manera que no ſe pueda ſalir lo metido. Hã ſe de eſtar ſentados todo el dia conella, y es gran licencia conſentir que ſe la quite cinco o ſeys o horas para dormir cõ deſcanſo haſta la cura dela mañana, y es mejor mear ſiẽpre conella q̃ no quitalla y tornalla a poner para ello. Si alguna vez la candela ſe ſaliere algo, el meſmo puede metella haſta dõde ſolia eſtar. Y la cauſa porque es bien no eſtar gran de rato ſin ella, es porque ſe va tornãdo

a cerrar y se pierde tierra dela que se ha ganado con la candela. Y despues de auer passado la candela las carnosidades como he dicho, ha se de tomar la medida delas carnosidades con la mesma candela que ya enella se conocera: y si fueren dos o tres las carnosidades, tambien han de ser otros tantos los lugares en que se ha de poner el vnguento enla cãdela para que este el vnguente sobre ellas, y que no le aya enlo de mas dela candela adonde no fuere menester. y del vnguẽto o carote es esta la recepta que es lo que mas importa enesta cura.

Tomen verdete y oro pimiente cetrino, y vedriol Romano partes yguales, y sean piccados juntamente, y sotilmente poluorizados enel mes de Mayo o de Iunio, y sea puesto enla piedra que los pin-

tores muelen las colores y ſea rociado cõ vinagre blanco fuerte, y traygan lo con vna piedra de moler por vna buena hora, y dexen lo ſecar al ſol: y eſta preparacion ſe hara diez vezes: y eſtando bien preparado dexenlo enxugar y guarden lo en lugar ſeco, y quando quiſieren hazer el vnguento o cerote, tomen olio roſado ſiete onças, y poluo de litargidio quatro onças, y ſea traydo al fuego cõ el olio, tãto que venga a punto bien duro, y deſpues quitallo han del fuego, y quando ſea frio meteran quatro onças del poluo preparado, y traygan lo tanto al fuego lento ſiempre meneando con vna eſpatula haſta que venga a punto muy duro y ſirue para eſte efecto: que es para conſumir la carnoſidad, la qual es impedimento para paſſar la vrina, y eſte vnguẽ

te

te meteran en vna caçuela pequeña nueua, y le derritiran con poco fuego y metello han enel derecho dela medida dela carnosidad o carnosidades, ha de estar pegado y solido como si fuesse cera embuelta con la mesma candela, en aquel lugar que he dicho donde estan las carnosidades, y para esto es menester raer vn poco la candela a donde sea de poner el vnguento para que este casi ygual, y despues vntada toda la candela por encima con azeyte de almendras dulces y metella como las otras, y hase de entender que todas las candelas se han de poner con aquella buelta que suelen tener las argalias. Enesta cura tardaron en comerse las carnosidades treze dias y salia la candela llena de podre y mudauase dos vezes cada dia, vna ala mañana y

otra ala tarde, y meando conella es muy mejor, porque limpia la materia que ſe haze ſobre la candela. y ſi por ventura acaeciere alguna vez tornarſe a apretar el camino que no pudieſſe paſſar la candela, ſera bien tornar a vſar las fomẽtaciones y el pegado debaxo delos compañones, y eſte remedio ſe deue de vſar ſiempre en tales caſos: y quando paſſa biẽ, alçar luego la mano dello. y al cabo deſtos treze dias que ſe dexo de meter el vnguento fue porque metieron la candela dos o tres vezes metiendola y ſacandola, y vieron que eſtaua la via expedida y muy bien allanadas las carnoſidades y comidas todas, y aſsi dexaron y alçaron las manos dellas. y ha ſe de entender que alos que no ſe pueden paſſar con candela ſuelen lo hazer con plomos, aſsi

mismo como si fuessen las cãdelas. Y ha se de aduertir que allende que maestre Phelipe era muy buẽ çurujano passaua las carnosidades cõ muy grã tiento por no romper algo que fuesse causa de algũ fluxo de sangre que se mueren conella. y despues de quitadas las candelas con el vnguente ha de vsar vnas xeringaciones, la qual recepta es esta.

El lauatorio.

Tomaran ordio y cauda equine, centaura menor, de cada vna vn manojo: de regalizia media onça: ha de ser bullido en vna libra de agua, y ha se de consumir la mitad y colar, y ha se de poner dos onças de miel rosada colada: y continuando esto quatro o cinco dias, dos o

tres xeringadas ala mañana, y otras tã tas ala tarde aprouecha mucho para el ardor que haze la orina, y despues pongan este otro lauatorio, del qual es la recepta siguiente.

Tomen agua de caracoles y agua delas cascaras delas hauas verdes y que sean sacadas por alquitara, y tomen agua de rayzes de maluauisco que se llama altea destilada como las otras, y tomen vna onça de cada vna, y metan media onça de açucar blanco, y media drama de ciefe blanco, y hazerse ha vn lauatorio blanco, el qual sirue para enxugar y desecar las llagas que hã quedado delas carnosidades, y ha se de hazer este lauatorio hasta q̃ no le escueza nada la orina, q̃ entõces sera señal que estara cõsolidado y sano, y entre tanto que se hazen

zen eſtas xeringaciones ha de meter la candela alas mañanas y ſacarla ſin tenerla nada dentro, y eſto vſar lo han vn dia par de otro, y de dos a dos dias, y aßi yrſe desuezando dela candela, de manera que quando fuere acabado el lauatorio ſe ha acabado eſta prueua de meter las cãdelas. Dezia maeſtre Phelipe que ſeria bien de mes a mes, o de tiempo a tiẽpo poner y ſacar la cãdela para limpiar el caño por ſi ſe ouiere pueſto alguna coſilla enlo cicatrizado, aun que dezia q̃ ſe auia de mirar mucho, que el çirujano ſepa lo que haze porque no le deſollaſſe alguna coſa, algũos lo hazen y otros no, y hanſe hallado tambien bien conello, porque orinando con chorro ſe limpia el caño ſi alguna coſa vuieſſe. El regimiento que ha de tener en ſu perſona deſpues

de curado es el ſiguiente. Primero ſe ha de guardar de coſas ſaladas y azedas, y de coſas en que ſe pongã muchas eſpecias y guardarſe de vſar el coyto tres o quatro meſes o mas, y de correr la poſta, y en el beuer que el vino ſea antes dulce que no agrio, porque eſtas ſon las coſas que alteran la orina, y alterada puede eſcoriar las vias dela orina donde ſe hizieſſe llaga, y enella ſe hizieſſe carnoſidad. empero ſi acaeſcieſſe lo dicho luego es meneſter templarſe. deue dexar el vino ſi es poßible, y dexar el coyto haſta que ſane, y purgarſe cõ caßia o mana, y xeringarſe conel lauatorio blanco que arrriba eſta dicho, y ſi acaeciere que enla cura vinieſſe vn fluxo de orina, haran a eſte accidente eſta fomentaciõ encima dela vexiga. Tomaran roſas, y hojas de murta,

y hojas de vna yerua que ſe llama taſus barbatus, y ſaluia, y roſmarinus, y ha de ſer cozido en vino tinto: la roſa y la murta han de ſer ſeca, y. tomaran vna ſpongia y mojalla han eneſte lauatorio y haran las fomentaciones poniendola encima dela vexiga. Y ſi tambien acaeciere enla dicha cura venir algun accidẽte por el trabajo della, o por otra cauſa, como ſon calenturas o otros accidentes, ſera bien alçar la mano dello haſta que ſean paſſados. Y ſi acaecieſſe por deſdicha enla cura alguna effuſion de ſangre muy ſeñalada en aquellas partes delicadas, el remedio ſera tomar agua de plantago y de roſas, enlas quales eſte mezclado del blanco del hueuo, y pueſto enel meato, y pueſto enlo exterior dela verga y entodas las partes inferiores eſte em-


plaſto, y tomen del agua o xugo de plan tago, agua de roſas, de cada vna quatro onças, de vinagre de roſas dos onças, dos blancos de hueuos, puluori Armenici, ſangre de Dragon, coral roſarum mirti larum o mirtila, corteza de membrillo, terra esphragitidos, de cada vno dos dramas, y hazer el emplaſto y ponello, vt dixit.

FIN.

COMPLVTI,
Ex officina Ioannis Brocarij.
1555.



COMPLVTI,
Ex officina Ioannis Brocarij.
1555.


CE R
TIME
TAN
LEGI
TI
I
B

